

**Les atrocités de Médée – p. 67**

NVNTIVS. – Periere cuncta, concidit regni status ; nata atque genitor cinere permixto jacent.

CHORVS. – Qua fraude capti ?

NVNTIVS. – Qua solent reges capi : donis.

CHORVS. – In illis esse quis potuit dolus ?

NVNTIVS. – Et ipse miror vixque jam facto malo potuisse fieri credo.

CHORVS. – Quis cladis modus ?

NVNTIVS. – Avidus per omnem regiae partem furit ut jussus ignis : jam domus tota occidit, urbi timetur.

CHORVS. – Vnda flamas opprimat.

NVNTIVS. – Et hoc in ista clade mirandum accidit : alit unda flamas, quoque prohibetur magis, magis ardet ignis.

SÉNÈQUE, *Médée*, v. 879-889.